

lapidem gagatem nomen habere à flu-
 uio testatur, & loci & amnis Gangis
 Lyciæ meminit, & in Leucola expelli
 mari atq; colligi. Nicander in Theria-
 cis suis, Engangin & Gangitin vocat,
 à Gange Lyciæ ciuitate, vbi nidore do-
 cet gagatē fugare serpētes, propter o-
 dorē bituminis. Aiunt aquis accendi
 gagatē, eundēq; restingui oleo: Vnde
 Dioscor. docuit præferendum in ga-
 gatum genere, qui celeriter accenda-
 tur, & odorem reddat bituminis.

Effoditur etiã Gagates Sedunis in
 Gallia. Hunc Solinus quoq; in Britan-
 nia reperiri commemorat: itē in infe-
 riori Germania, maximè in ditiōe Le-
 odiensi, & in eadem ad Aquisgranū.

Thracius lapis cum niger sit, vt E-
 uax Maurus scribit, & accēsus odorē
 bituminis ex se emittat, adeò prauū
 & acré vt nullæ animantes, aut serpē-
 tes in eo loco manere possint, verifi-
 m le est hūc aut eundē esse cū gagato
 lapide, aut ex materia eadē quidē, sed